



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Noremburgæ, 1523**

**VD16 K 320**

72 Aiunt præterea iudices ecclesiastici, in talib[us] casibus ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

tamen ecclesiastici iudices contra omnia iura, causas huiusce  
modi, solis sibi, suæq; iurisdictioni vsurpare conantur. Quod  
ipsum iurisdictioni civili nõ ferendum est onus ac gravamẽ.

**QVEMADMODVM CAVSÆ PROPHA-**  
næ sub prætextu, denegatæ executionis ad ecclesiasticorum  
consistoria trahuntur.

71

Item si quãdo personæ laicæ in causis etiam omnino pro-  
phanis, a iudicibus ecclesiasticis citationes impetrare conen-  
tur, prætantq; magistratum civilem, debitã sibi iuris exe-  
cutionem facere neglexisse, anteq; summarie saltem per euis-  
dens aliquod docuerint instrumentum, iustitiam, vt querun-  
tur, sibi denegatam, citationes tamen, atq; alij iudiciarij pro-  
cessus a iudicibus ecclesiasticis ad solam petentium quarelã  
his decernuntur. Q; si deinceps ad petitionem, vel civilis ius-  
dicis, aut partis in ius vocatæ, causæ huiuscemodi ad ordi-  
narium tribunal remittantur, præfigitur, civili iudici per bre-  
ue quatuor hebdomadarum, puta tempus fatale, intra quod  
actoris intentioni & quærimoniæ ex integro, atq; ex asse exe-  
cutionis ordine satisfaciatur. Ac si in arctissimo ita p̄stituto ter-  
mino, sententia diffinitiva, aut non fertur, vel executioni la-  
ta non mandatur, libertatem dehinc iudex ecclesiasticus dat  
actori laico, coram suo tribunali, vltèrius procedendũ, fitq;  
non raro, (mirum hoc auditu) vt causa, quæ intra mensis spa-  
cium coram civili consistorio agitari, peragiq; debebat, q̄  
hæc eadem apud ecclesiasticum iudicem triennio, aut eo am-  
plius pendeat, hinc indecisa.

72

Aiunt præterea iudices ecclesiastici, in talib; casibus, pro-  
phanas ad se causas pertrahere sibi licere, si magistratus ci-  
vilis in administranda iustitiæ executione negligens inuenia-  
tur: e regione tamen ferre minime possunt, vt in pari casu  
idem iuris cum eis feruetur. Nimirum vt in causis ecclesiasti-  
cis quispiam de neglecto cultu iustitiæ ab ecclesiasticis apud  
laicos, aut civiles magistratus conqueri, ac iustitiam sibi per

ciuiles magistratus administrari postulare possit: quando iura communia in genere diffiniant, statuuntque, quo pacto canonica ciuilibus, & e regione canonicis ciuilia iura opem superpetiasque ferre debeant.

**QVO PACTO ECCLESIASTICI IUDICES,** seculares causas, praetente iurisdictionis praetextu, inesse transferre conentur.

Nec hoc plerisque longa experientia rerum ac eruditione doctis probatur, quod iudices ecclesiastici, quibusdam in locis diurni usus quasi possessionis, adimpletaeque praescriptionis praetextu, laicorum controversias coram se dirimendas hactenus praesumpserunt. Nam ea ex re Caesarea Maiesta, Romanumque Imperium haud parum detrimenti patitur, ut puta, quod non minimus Imperij honor temporalis, scilicet iurisditio memoratae praescriptionis velamine minuitur, attenuatur, & penitus ab Imperio ad ecclesiasticos transfertur, Quod contra recepta, apertaque iura, nemo est qui nesciat, quibus statuitur & cauetur, ut nulli praescriptioni quantumuis longe aduersus praesentem, tum Papae, tum Caesaris potestate fiet locus. **QUE INIQVE HOMICIDAE, ALIQVE PECCATO-** res ab ecclesiasticis iudicibus duplici afficiantur poena.

Quum diuina humanaque iura vetent, ut nemo duabus ce-  
di debeat virgis, merito plerisque, quibus celeberrimum est, nonnullarum cathedralium ecclesiarum odiosa statuta, peruersosque mores, quibus vtriusque sexus homicidas, reliquosque maiorum, minorumue criminum reos hucusque vexarunt, detestantur. Nam hactenus seruata est consuetudo, quod homicidij, similibusque facinorum, quos casus Episcopis reseruos vocant, rei, peracta in aures confessione, publicam poenitentiam, in totius populi conspectu, cum magno suorum ipsorum dedecore, ignominia, infamia subire coguntur. Quae quidem poenitentiae forma non usquequaque improbanda foret, utpote, quae ad primitiuam ecclesiae instituta proxime accederet, si hac cons-